tute providentiae maiorum ſeu potius primi acquirentis unice ſuccedituṛ — [30]) Haec iuris patrii principia quanquam praeclara ſint, quippe innixa ſtatus publici Germanici rationibus atque attemperata maiorum moribus, plane tamen negligenda et abroganda videbantur iuris novioris arbitris glaſſatorum vitio conſtitutis, qui in ſcholis tantummodo profecerant, ubi iuris Romani dicteria, quae ſequntur, unice tradebantur: *pater familias, uti legavit, ita ius eſto — ultimo defuncto eiusque beneficio ſucceditur - leges neque dividi neque alienari bona a maioribus acquiſita et accepta vetant - maſculorum et feminarum iura quoad ſucceſſionem plane ſunt aequalia ultima hominis voluntas eſt ambulatoria usque ad mortem* [31]).

---

30) *Bernhard Gottlieb Huldreich Hellfeldt* diſſ. de fideicommiſſis familiarum illuſtrium eorumque, ſi alienata ſunt, revocatione. *Jenae* 1779. §. 3. 4. pag. 5 — 9.

31) Perſtitit in his argumentis autor der ſogenannten Prüfung der Beleuchtung der Materialien zum Appellationslibell in der von Brockdorf-Rohlfsdorfiſchen-Fideicommisſache §. 2. S. 2. 5. 6.